

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Superfluitas b cum fontibus primis

Simplex uestimentum dicitur quicquid necessarium est alicui secundum qualitatem loci uel temporis, duplex autem quod extra necessitatem est.

Non enim dicit duas ut quis in locis Scithie glaciali niue rigentibus unica tunica debeat esse contentus, sed quomodo in tunica uestimentum intelligamus ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus.

Ieronymus super illud Matthei X.: Neque duas tunicas.

Duas tunicas.

Simplex uestimentum est quicquid est necessarium alicui secundum qualitatem loci vel temporis duplex est quod vltra necessitatem est.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Lucam, 9.3 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

In duabus tunicis uidetur mihi duplex ostendere uestimentum, non quo in locis Scythiae et glaciali niue rigentibus una quis tunica debeat esse contentus, sed quo in tunica uestimentum intellegamus ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in euangelium Matthei*, 1 (CCSL 77, D. Hurst & M. Adriaen eds., p.66, ll.1571-1575).